

Omnes de natura Veneris & Mercurij.

ξ. Rostrum Gallinae seu Cygni, α. Dextrum brachium Herculis cum Leonis exuvijs.

Mercurius in Cyllenem profectus, pro antri ostio depascentem testudinem invenit, quâ perpurgatâ & absterfâ, super ejus testâ, nervos ex mactatorum bouum intestino confectos, tetendit, ac Lyram confecit. De Heptachordo pleni auctorum libri Apollodorus *lib. 2.* Avienus de Orpheo loquens, *Hic nam fila novem docta in modulamina movit.* Dum De chordo pingitur Apollo, quia ut inquit Fulgentius, humanę vocis decem sunt modulamina, vel cum Apolline decem celebrantur Musę, Clio, Euterpe, Thalia, Melpemone, Terpsichore, Erato, Polymnia, Urania, Calliope, Decachordum S. Scriptura Psalterium, Acrisiani, Laudatorium, Hebræi Nablon vocant. Giraldus Synt. De Musis.

Fidicula olim Romæ Id. Octob. Columellę manẽ XVI. Kal. Decemb. oriebatur. XVI. Kal. Febr. occidebat, hodie eisdem IV. Non. Novemb. emergit. XI. Kal. Martij decedit. C. JULIO CÆSARE tertium consul, in deca temorio. Sagittarii G. 16. M. 28. herebat imperante RUDOLPHO II. Aug. P. F. Imperii Anno XXIIIX Capricorni G. 9. M. 45. S. 33. obtinet. Oritur ergo Augustæ Vindelicorum XV. Kal. Novemb. III. Non. Martij cum Sole occidit. Ab hujus occasu antiqui, viciam, fasciolas, pabulum, Lunâ silente, feri jubebant. Pluribus Plin. *nat. hist. lib. 18. cap. 25. 26. 27.*

TABULA IX. Lit. I.

CYGNVS.

ΚΥΚΟΣ ΟΡΝΙΣ, Olor seu Avis, Ovidio *Milvius* alij Galli-